Coram Actis quibusuis authenticis statuere et vt praemissa cum assecu
ratis exequatur efficere se de Omnibus bonis cum successoribus suis sub
mittit et inscribit sub Vadio simili alterum tantum Millium flo
renorum Polon. in defectu eiusdem conuictis suis statutionis ad
soluendum succumbendo. Et Coram quouis Judicio et Officio
Regni cuiuslibet Pallatinatus Terrae et Districtus in primo Citationis
Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus Controuer
sys exceptionibus allegationibus euasionibus dilationibus quibusuis Mo
tionibus appellationibus ac earum prosequutionibus alysque in Vniuersum
iuris remedys et defensis legalibus impedimentis etiam de iure
concessibilibus se et suos successores Vti absistendo et abrenuncian
do sub amissione sui suorumque successorum litis et integrae causae.

inter G. Mniszewski et Jarzinina Inuentary Roboratio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Branscensis per
sonaliter comparentes Generosus Bernardus Mniszewski ab
Vna Et Generosa Anna Obrola consors Generosi Vladislai
Jarzyna cum eiusdem Mariti sui personali assistentia et consensu praesenta
neo partibus ex altera. Sani Mente et corpore existentes palam publi
ce ac libere recognouerunt et quilibet eorum suo pro interesse recognou
it. Quia ipsi Inuentarium ratione rerum et bonorum Mobilium aedifi
ciorum pecorum pecudum seminaturae hyemalis et vernalis in he
reditate Drzyczewo consistentium quae circa Generosam Jarzynina rema
nere debent, inter se de data in eadem Drzyczewo conscriptum
et Vadio [blank] florenorum Polon. firmatum in Omnibus eiusdem In
uentary conditionibus approbant illudque explere et obseruare de O
mnibus bonis cum posteris suis submittunt ac inscribunt sub Vadio
in eodem Contractu expresso. Et Coram quouis Judicio et Officio
Regni cuiuslibet Pallatinatus Terrae et Districtus in primo Citationis
Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus Controuer
sys exceptionibus allegationibus euasionibus infirmitatibus dilationibus
quibusuis Motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus alysque
in Vniuersum iuris remedys et defensis legalibusque impedimentis eti
am de iure concessibilibus se et suos successores Vti absistendo et
abrenunciando sub amissione sui suorumque successorum litis et integrae
causae. Salua Nihilominus exceptione boum [illegible] binorum equorum
trium anserum medietate Omnium gallinarum indiacarum praeter quatuor

aesenatis

reservatis et ipsi Jarzynina reservandis intra decursum denuis septimana sibi recuperandis.

135

G. Mniszewski et Oborski ac Jarzinÿ Coniuges Intercisa Approbat

Coram officio et Actis praesentibus Capitan. Capitaneal. Bransecen. personaliter comparens Generosa Anna Oborska filia olim Generosi Hieronimi Oborski ad praesens consors legitima Generosi Vladislai Jarzyna cum eiusdem Mariti sui personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ipsa Intercisam certam inter Generosos Bernardum Mniszewski et Jacobum Oborski ab una et Generosum Vladislaum Jarzyna maritum suum ac se recognoscentem partibus ex alia Ratione certarum rerum et conditionum de data in Dolobowo [illegible] Februarii anno praesenti confectam Manibus Generosorum Bernardi Mniszewski Jacobi Oborski et Mariti sui nomine suo ac certorum amicorum subscriptam et Vadio Decem Millium Florenorum Polonicorum firmatam ac coram actis Castren. [illegible] per ipsos Generosos Mniszewski Oborski ac Maritum suum nomine suo et sui recognoscentis roboratam eiusdem Maritum suum ab Onere submissionis eundem Contractum et eius roborationem tam in toto quam in qualibet minima parte approbat confirmat ratificat. Eamque intercisam et eius contenta de omnibus bonis suis Mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis se quovis modo concernentibus tenere adimplere et infallibiliter observare se submittit ac inscribit cum successoribus suis sub Vadio Decem Millium Florenorum [illegible] in defectu alicuius conditionis per se expletae ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Et coram quovis Judicio et Officio Regni cuiuslibet [illegible] Terrae et Districtus in primo citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus infirmitatibus dilationibus quibusvis [illegible] appellationibus et earum prosequutionibus aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se se suosque successores abdicando et abrenunciando sub amissione sua totius et integrae causae.

G. Mniszewski Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Capitan. Capitaneal. Bransecen. personaliter comparens Generosa Anna Oborska filia olim Generosi Hieronimi ad praesens Consors Generosi Vladislai Jarzyna cum eiusdem Mariti sui [illegible] coniugalis personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia ipsa a Generoso Bernardo

Mnisz[ewski]